

spadiceo, siliquae sue crassis lobis contortis, obesae, medullâ pallente, fungos à turgidis, oblique disposita, inclusa: nec ut in *Acacia Aegyptia* vera, cuius siliqua est deprepta, latitudine contenta. Florem ignoramus cuius sit generis, nā in fico ramulo non aderat. In Mesopotamia itinere cum alijs quibusdam rarioribus Plantis sūisse tunc temporis collectam, Inclyti eiusdem Viri manu inscriptum erat, prout & in alijs plerique misse. Fruticem amplam, non arborem, sublimem esse ut veram *Acaciam*, deinde certiores facti sumus ab eodem D. Petro de Valle, qui humanae altitudinem non excedere, & iuxta flumen Tigris in Mesopotamia, & in deserta Arabia, iuxta Euphratem, vel parvum diffuso loco reperi afferunt, cuius siliquam ab incolis ad sanguinis fluxum coibendum usum usurpari accepit, & vulgariter, siliquam banc, etiam ut *Ceratonia* Charnub dici, generico forstian nomine siliquarum.

Pag. 61. Cap. 26.

*Huic proposito.
Huic nomen.
Ricinus Indicus.* Folia diametro quinque pollices quoquierum bilari virore, venulis ramosis, & flores quinque-partiti, staminibus etiam quinque luteis ē centro prodeuntibus, ex Recchi exempl. Arbore censicus.

Sassafras. Ricinus Indicus Ricini Indici Plantam vidimus nouellam in horto Illustrissimi D. Card. Farnesij magnis siliquis, & majoribus nostrate, carnosis, obscuris virentibus, & multis incisuris, sed non ita profundis, rotundioris ambiis.

Pag. 62. Cap. 27. *Sassafras* bisforiat non minus diligenter prosequitur Monardus, qui folia sicculae in angustis desinentia describit: Nouello forte Pyri magnitudine, & formâ, qua angulorum vestigia habent, semper viridentia ob subcrecentiam nouellorum in locum decadentium vetustorum. Odorata sunt, & obscure viridentia. Vires, facultates, modumq. utendi prolixè describit, qua ob breuitatem vide poteris simul cum Clusij scholjis in eius Exoticorum volumine fol. 320. & 21.

Antwerp. impress. for. foly.

Pag. ead. Cap. 28. *Folia* depinguntur longa dodrantem, radice crassiore, & flauicante in Recchi exempl.

Pag. 63. Cap. 29. *Aliam* Iconem foliorum paucitate, & florum in globum compactiorum multitudine variatum exhibuit Clusius in lib. Exotic. & scholjis ad Monardum fol. 314. & fructibus multis rotundatis dependensibus: & siliqua sua lobis quaternis, vel senis in singulis petiolis rotundis ferre: quam ibidem vide: nam similibus etiam fructibus à Colliga nostro depinguntur, & describuntur, cui fructibus, & fructibus non parum accedere videsur, sed non siliqua planta Tzquizochitl fol. 69. cap. 37. ut icon ostendit.

Pag. 66. Cap. 31. *Huius* Radix iterum radices emittens in Recchi exempl. depinguntur, caules geniculati, & folia serrata, pollices quatuor latitudine, & dupla longitudine.

Pag. 67. Cap. 32. An idem sit nomen, & in O tanium mutata cuius icon adegit fol. 389.

Pag. 68. Cap. 35. *Nerium* nostro Calo, non lac, sed copiosum luteum succum Apocyno similem, quod alijs pro Asclepiade usurpat, habet, in radice tamen alio copiosum lac emittit, quod Amoris, & F. Donato de Eremita, in cuius horto radicum, & ramulos excidimus, ostendimus, & hic annotati volui- vi quid amplius dicemus. Sic etiam in Periplocis obseruator, & vulgari Asclepiade, ut in nostro Phytobafano exposimus multis abhinc annis; ut & in Convolvulus, nam pennatus Convolvulus sub nomine *Quamoclit* à nobis depictus, in nostro Volumine minus cognitus. Siliqua copiosum flauicantem, & acrem, aliquae Plante dilutum succum habent, cum novellâ ante caulis perfectionem, deinde crassifolientem, & albicanter, ut in Cieborio, Laetitia, & alijs obseruare licet. An nostrae Nerii magnitudine differit siliqua longitudinis pedalis, & latitudine pollicum trium cum dimidio, & quod neruuli foliorum circa foliâ orâ coniungantur. Notandum etiam non tantum à Dioscoride, sed & à Nicandro contra serpenum venena usile bonibus pradi- cari, quamvis Animalibus noxiun, sed ut Colliga nostra doctissime animaduererit, debita dos, modo usendi.

Pag. 69. Cap. 35. *Bilexchitl.* Folia, ut in Agno casto, & Castanea Equina, sunt composita quina, quorum summum ma- iusculum, media minor, reliqua minima, ut dupla parua à maioribus superentur, ut in Plantis, quibus comparata sunt, obseruantur. Huius lata, & in summo magis lata, neruuli obliqui, & circa foliorum ora coniuncti. Maius & medium folium longum est pollices sex, latum quatuor. Flores pilosi in summo lutescentes, reliqua coccineum: basi includuntur quinque- foliata calyx vice, ex viridi coccinea in imo, & lateribus. A Ioanne Pona Veronense Naturae

lium

lium studioſissimo, in suo monte Baldo italicâ lingua edito *Planta depingitur herbacea trium cul- bitorum altitudine, flore veluti ex hac Icone excepto, adeo simili, verum siliqua sua lobis septen- tannis non quinit, reliquis in totum tandem Plantam, & figuram referre videatur. Nomen ei ista- lice Bambagio Indiano imposuit, quod idem est, quod Gossippium Iudicum latinè.*

*Bambagia
Indianum.*

Pag. 69. Cap. 37.

Similitudo floris duplex ab Auctore referatur, quam ex Recchi exempl. sic expressam vidi- mus. Flos basi habet virentem magnam quinque foliatam, ut si ipse flos, qui albus exiguus flauicante umbilico, ex quo stamina plura virentia prodeunt. Fructus habet in acutum des- nentem, distinctionem volvarum per medium ostendentem, ut Guataci ligni, à Colliga nostro depictum, colore ex viridi purpureo fusco luteis punctis inscriptum. Folia longa pollices quatror, lata pollices duos.

Pag. 70. Cap. 38.

*Si Auctor pro acinis siliquas posuisset, facile ad *Anagrym* referri possent Icon. & Vires. Siluit (Auctor) foliorum numerum ternarium in pictura expressum: & Salvia similitudo vix aptari posset, nisi quoad magnitudinem intelligere voluisset.*

*Eiusdem nominis est alia Planta longe differens ab ista, fol. 420, sed fol. 451, adeo alia Icon similis sub Synonymo vocabulo *Lycia* lalamatl.*

Pag. 71. Cap. 39.

*In Recchi exempl. Siliqua bipedalis depingitur *Cassia* solutiæ modo, & folia pennata sensim lobis utrinque, unico in summo, obscure viribus, & latis pollicem, sed longis pollices duos cum dimidio.*

Pag. 75. Cap. 41.

Folia lata pollices duos, longa duos cum dimidio, in flore stamina sunt coaceruata lutea, apicibus coccineis, & floris diametra aquat pollicem unum cum dimidio.

Pag. 75. Cap. 42.

*Huius arboris caudex ab Auctore Columna formâ describitur, idcirco *Illastrissimus & Excellentissimus Princeps Federicus Cæsarius*, Lyneorum, Insititor & Princeps Columniæ arborem nobis dixit, vocariq. iussit, quapropter hoc loco adnotauimus, ne non tanto Principi ob- sequi videberemur:*

*Palma Ba-
bucolli.
Columnia
Princeps Cæs-*

*Pag. 76. Cap. 42. *Yccotl*, seu *Palma montana*, *Huius* Icon pratermissa, sed fol. 443, reposita est.*

Tecu.

*Pag. 79. Cap. 46. *Prima* Iconis fructus maturi rubescens, & sanguinei, Punica fructibus amuli longi pollices huius.*

*Cacaouaque
Quanipa
tuberculata.*

Septem, lati tres cum dimidio, strijs vndosis. Secunda veroradix flauicant, sicut & caudex. Fo- lia obscure virent in superna parte, inferna verâ candicant. Flores quinque partiti colore dilutè carnei rosei. Fructus longi pollices quinque, lati treis aut magis, rotundiores primis obscure flau- cantes maculosi & venenosí. Vide qua Clusius Exoticorum de Cacao fructu & Cacauate mon- ta euque arbore tradit lib. 2. fol. 57.

Pag. 82. Cap. 47.

In Recchi exempl. fructus in summo colore rubente per longum bianus, & ostendens quinque Amacozia semina ex cinereo carulea per ordinem digesta, & in imo rotundus flos nigro purpurascent ex galycē virente, ac purpurascente prominent. Huius autem nominis Amacozia sue Tepeamall dura describuntur species, alterius iconem, fol. 409, repertus.

Pag. ead. Cap. 48.

Folia longa pollices quinque, lata pollices tres cum dimidio in Recchi exempl.

*Copales-
chitl.*

Nobis ex semine nata Planta folia protulit ex aduerso binâ oculi opposita, illaque pennata, an hoc eveniat dum parua est, ut in plurim que obseruauimus, incomperitum est, cum adultas non viderimus, quia nostro Calo hyeme perierunt. Vide Alpinum, qui historiam, & Iconem Plantæ à nobis obseruatæ respondentem proponit, & Garziam cum Clusij notis in lib. Exotic. fol. 271.

Pag. 85. Cap. 51.

Gomara eadem habet serè in historia generali cap. 67. qui varietatem in fructu hispanicis Xalco- pomis Camuelas appellatis similes referens, modo rotundos, modo alia forma omnino viridi, fo- risq. Melpili modo correnatos esse alii; qua Clusius in suis Exoticorum scholjis addidit ad Mo- nardum fol. 346.

Dddd 3 Pag. 87.

Quauhoyo-
huatli 1.
Quauhoyo-
huatli 2.
Coffea ful-
la.

De Auellanis purgantibus vide Monardum, & Clusium in suis Exoticis fol. 334 qui etiam fructus depinxit.

Vide Acostam, & Clusium fol. 271. Exoticorum, & etiam Garziam. Sed ab his dissentit Monardus, qui folio Pyri esse retulit. Aliam foliorum Iconem ponit Lobelius & Baubinus, sed simplici flore. Meltem bistoriam, & Iconem ex Alpino petendam esse censens in libro de Plantis Aegyptiacis.

*Pag. 87. Cap. 54.
Radix dilute ex flavo ad carneum colorem declinat in Recchi exempl. fructu longitudine pollicis unius cum dimidio, & latitudine unius colore latefciente. Appellatur in Mexico purgativa de santo Domingo.*

Folium longitudine dodrantali, latitudine pollices octo, & circa petiolum lunatum, sed fructus ut depingitur, non videtur descriptioni respondere.

*Pag. 88. Cap. 56.
Anon. An sit eadem cum Anona Ouidi, quam resert Clusius Exoticorum lib. 2. fol. 229, ad cap. de Mangas.*

Aueuelli.
Abies Me-
dicana.

Rami purpurascens ex fusco obsoleto, foliorum petioli palum longi, fructus squamosi, veluti Pinus, qui perfectiores, reliqui globuli rotundi vesca sunt, in quibus oleum solet reperiri.

*Pag. 95. Cap. 71.
Flores ex pallido candentes quinquepartiti, in Recchi exempl.*

*Pag. 97. Cap. 76.
Huius nominis Tepetzquixochitl praeferimam iconem habet folio 411.*

*Pag. 99. Cap. 82.
Papaya Orientalis, sive Pepo arborescens.*



Ficut, bilariorem verò: illius flores non vidisse in India: fructum verò esse vulgari nostrari Melopeponi similem, ouali effigie, minorem, leui & virente corice, nullis aut vix apparentibus

fructis,

Quauhoyo-
huatli 3.
Pinus Ca-
rbuncularia.
Purgativa
de S. Domini
go
Quauhoyo-
huatli 4.

Eiusdem nominis Planta ab Auctore nostro proposita est in Occidente, & ut ex ipsius historia, nisi eadem sit, eiusdem generis esse videtur: quare hanc rariorem orientalem addere vobis fuit, iconem apposita, que in occidentalium Papaya defuit. Ex sententia nata anno 1626. Neapol. apud doctissimum D. Marium Schipanum Virium omni doctrinarum genere praestansissimum, obseruare contingit. Ex profunda radice candicante caule prolixi datus adorans longitudine, digitali crassitate, leuem, candicantem, sanguinum, rotundum, non absimilem Ricini cauli, eodem modo intersecutum ex detectione solitorum ex imo decidiuorum: folia longo petiolo alternativum oblique in gyrum borebant à media ad summum, illaq. lata quoquovis ex quatuor, vel quinque emicat, quinqueparitus veluti Ficulnea, sed paries illa profundis admodum sinibus dissecta, ut non parum accedant illis Anguria, sive Citrulli officinarum Lobelij, leuia, dilata virentia bilariorum aspectu: qua hyberno frigore omnia deciderunt, & caulis deinde paulatim à summo tabescens, cum radice tandem una pergit. Huius Planta semen ex Oriente cum alijs rarioribus Naturæ dominis post duodecimum sua peregrinationis annum ad nos iuit Nobilis ille Romanus, animi peregrinus D. Petrus de Valle, de quo supra. Ab eodem, que nos per epistolam debuius Plante natura accepimus, nunc profervimus. Arborificientem esse Plantam, & aspectu non diffinitem nostraj Melopeponi similem, ouali effigie, minorem, leui & virente corice, nullis aut vix apparentibus

fructis: Interna parte carnem habentem aurantijs colore saturo, sapore dulci nostratis simili, sed quid amplius aromatici præ se ferentem, ut gratius quid sapiat: Fructu seram etiam sati esse afferuit, & semina colore nigrescente, dum recens, & possea, ut ex feminis allatis didicimus, ad caflaneum dilatum inclinans exiccatum, quod Coriandri semen aquat crassit, verum oblongius, & dens asperum, Seculum medullam ostendit parum candicantem, sapore dulci ad oleosum accedens, vi in rancidis nostratis Melonibus evenit diuturnitate, nam biennale, & magis erat. Addit etiam fructuum petiolas ante maturitatem Fici modo laetescere, ex quibus eadem cum illa ab Auctore nostro descripta videtur, & magis cum in Oriente aduenia. Planta censeatur. Ramos non minus quam Ficus, sed quia nos non nisi nouellam ex sensine quadrimestrum Planam obseruavimus, qualiter vidimus depinxit. Fructum vero ex relatione ouali formæ.

IN LIBRVM QVARTVM.

*Pag. 102. Cap. 1.
Folia lata pollicem, longa duplum. Tepatlatis alia florida icon, eis fol. 429.*

*Pag. ead. Cap. 2.
Folia lata pollicem unum cum dimidio, longa duos. Flores ex squamosis calycibus exigui compacti, veluti in plantis corymbiferas.*

*Pag. 103. Cap. 4.
Huius flores Herbarij Galericulatos appellans ab effigi, sciu in omnibus similibus odoratis, & acrisibus plantis coronarijs, & condimentarijs.*

*Pag. 104. Cap. 5.
Folia in Recchi exempl. veluti obliquè squamo lineis depinguntur, quia forsitan coniuncta & spesi erant, ut in Acacia, & alijs obseruat. Florum summum veluti capilli lutescentes, reliquum coccineum. Siliqua dependens ex illis, deinde plures simul excuberantibus intus semibus crassis, colore flauicantes.*

*Pag. 105. Cap. 6.
Huius nominis alia est Icon latifolia, & altera tenuis folia multum fol. 418. ex his quo sit. ne his historia sunt. Sed aliam cum bistoria vide fol. 231. cap. 20.*

*Pag. 106. Cap. 8.
Folia longa pollices quatuor cum dimidio, lata ferè duos. Flores lutei squamos ex calyci vice Tlalnahuacente nostratem Diaboli morsum dictam Plantam resert. Tlacotocis alterius generis, ut videtur Icon sine bistoria est fol. 426.*

*Pag. ead. Cap. 9.
Radix flauicata, ramuli geniculati, & alas habentes in imo petiolo Geraniorum modo, vel Leguminosorum ritu, Floculi veluti galericulati. Vide aliam similem Iconem, & eiusdem nominis, & cognominis fol. 451, quo loco alias plantas eiusdem nominis Tzatzaptalis plures reperies inter se longe differentes, vide alias cum bistoria, fol. 151, 152, & 197.*

*Pag. 107. Cap. 10.
Folia longa pollices duos, lata unum. Flores valde similes Arabicu Iafmino, sive Sambac. Aegyptio ab Alpino descriptio, oclonis folioli, sive angulis quaternis, decussatis super alijs in dentibus, staminibus intus luteis ex calyci cruciato virente prodeuntis.*

*Pag. 108. Cap. 11.
Folia longa dodrantem, lata pollices quatuor. Floris folia violaceo colori, apicibus luteis in medio. Planta videtur ex genere Solani, vel Mandragore species fruhacea, fructu rascemate, Theophrasti.*

Eiusdem nominis, sed diversi generis est depicta, fol. 355.

*Pag. 113. Cap. 16.
In Recchi exempl. summa folia bina in singulis petiolis latiora sunt, & majora: reliqui de crescentibus circa ramulos, lata pollicem, & longa duplum. Flores septem foliolis constructi ex flavo rubescentes, stamina intus habentes crassit, & obliqua. Ecapsalis imago altera maior est expressa, fol. 376.*

Pag. 114.

Pag. 114 Cap. 18.

Dacrycini. De Datura in nostro Phytabaso multis abhinc annis, qua scire potuimus retulimus, & quid apud Antiquiores esset, proposuimus in Cap. de Solano manico, & infra lib. 8. cap. 28.

Pag. 115. Cap. 20.

Tocizquish. Radice flauicans, folia longa pollices tres cum dimidio, lata duos, vel amplius, Flores lati veluti Phiala angustae, & oblongae.

Pag. 116 Cap. 21.

Xylophilis. Secunda Iconis solitorum similitudo etiam ad Malus speciem sue Alcea laciniatis foliis referrri potest, non enim solitorum imago tantum, sed potius floris & fructus speciem Plantarum designant, ut diximus in 2. par. minus cognit. stirps, a nobis edita cap. 27. Geranios Auctori nostri sub nomine Tlatlaubcapati rostratis fructibus infra descriptis lib. 8. cap. 48.

Pag. 117. Cap. 22.

Asterac-
pilum. Folia pollices septem diametro quoquever sum, obscure virentia flores ex basi foliata, & calyx prodeentes oblongi coecinei saturi, capitatum apicem habentes effigie Maluaceae, vel Altheae modo, ut Collega noster recte notauit, cuius Varietates videntur Bammia Aegyptia Alpini, & Sabdariffa Lobelii, quarum folia magis virescentia, vel cucurbistica, ut etiam Abdellomoblobianus Ponze Veronensis in suo monte Baldio. Differenti vero fructus cacomum acutior, & flor. relecto.

Pag. 118. Cap. 23.

Cirsi-
minalis-
Vir-
maria. Bryonia congener non tantum ex effigie, & descriptione, quam ex viribus videtur. Folia in Recchi exempl. quinque pollices equant diametro quoquever sum, nervulis suis venis crispis ramosis pallentibus, colore sunt diluto ex viridi, petioli contorti, radix vero obliquè rugosa.

Pag. 120. Cap. 26.

Caprifoli-
odus. Radix colore inter carneum dilutum, & flauum succum. Folia longitudine bipollicari ob- iugosa in summo. Flores veluti pulpos ex flaco rubescentes nostratis. Periclymeni ex carneo subfuscis extermi, sed in valle Campoclaresium luteis floribus, & vulgari maioribus obseruasse meminimus Iunio mense.

Pag. 121. Cap. 28.

Caragu-
Brahmi. Radix in exempl. Recchi magis fibrofa depingitur, colore castaneo diluto, & maculosa, ramuli geniculii purpurei, & flores veluti lutei virenti. folia atra virenti.

Pag. 123. Cap. 31.

Diaphena-
na. Folia longa pollices tres, lata duos, & contorta summitates, sunt ne flores, fructus vel sili- que, vix ex Recchi exempl. colligere possumus, omnia namque viridi sunt colore, & indistincta, ut tenera potius videantur germinationes.

Pag. 124. Cap. 33.

Mexicu-
s. Ad Nerij speciem etiam referri posset, ut Collega noster ait, ad Clematidem Cruciatam præterit, sed etiam ad Periclymeni speciem referri posset ex Icone, nec minus ex viribus, quam ex effigie Asclepiadis, nisi acrimonia summa prohiberet.

Tlatlan-
cuayae. Prima Icon longe differt a secunda, nam illius folia sunt quinquenerua parva, longa pelli- ces duos tantum, & rotundiora geniculii ramulorum rubenibus, quod in fructus Iconem tantum è regione est expressum. Secunda Icon folium habet longum pollices octo, latum duos cum dimidio, venulis crassis admodum. Clusus aliam Iconem expressis fructus tenus ex Monaito in Exoticorum volumine fol. 342. similem lulo, sive Spica plantaginea, cuius sapor. & odor orientalis magis incundus, & validus percipitur.

Pag. 127. Cap. 37.

Huapabuizpatli. Huapabuizpatli, si eadem sit cum Huapabuizpatli hoc loco descripta, duas alias Icons re- peries fol. 379. quarum secunda floribus respondere videtur.

Pag. 128. Cap. 40.

Huapabu-
izpatli. Huapabuizpatli, si eadem sit cum Huapabuizpatli hoc loco descripta, duas alias Icons re- peries fol. 379. quarum secunda floribus respondere videtur.

Pag. 129. Cap. 41.

Ullamal-
alli. Huius Iconem habet fol. 443. quam vide, & hoc loco repone.

Pag. 129. Cap. 43.

Zizopatli. Zizopatli nomine Icon est fol. 418. sine folijs, & siliquis in summo multis, qua non descri- buntur in hac Historia, quare alterius sit generis ambiguntur.

N. 11. 289

AD

AD LIBRVM QVINTVM.

Pag. 134 Cap. 2.

Flores villosi, in extremo purpurei, in imo candidantes, ex calyci vidente, & folia quinque, excauatis ramulis simul berentia, fructi rotundo, & in apicem non descente, Planta proposita à descri- ptione, ut Collega noster notauit, non parum abesse videatur.

Pag. 138. Cap. 3.

Prima Iconis fructus à dextris, Quaubchilli, colore est sanguineo coccineo: à sinistris sunt, Chilli capi- tatus, Totoculae exiguæ fructus, quorum dexter colore rosaceo saturo: alij simul à sinistris cocci- neo saturo. Fructus inferior à dextris Chickimechacilli colore roseo saturo: sinistri vero no- mine Pochebaobtli colore purpureo violaceo parum. In secunda tabella maior fructus Tlal- chilli, colore roseo, saturo, fuscus.

Pag. 139 Cap. 4.

Potius ad Tlithymali speciem, qua Apis dicitur, referri conferemus, radice tuberosa, fructu ex pelvi prodeente, cuius semen non obesum, quod dulce gustu percipiatur, nam Lathyridis semen, Dioscoride teste, sine cortice dulce gustu est dicitur. Et quamvis huic Planta folia longa sint, atque tenuia, & plura ex geniculis simul prodeudentia, quod alijs Tlithymalis videtur alio- num, nisi in summis ramulis, ex quibus coma, & umbella producentur; vires tamen præter effigiem, & visus cum reliquis notis illam ad tale genus remittere videntur. Nerium vero no- bis lac habet in radice, & luteum succum in reliqua planta, ut Apocynum, velutii suprà diximus.

Pag. ead. Cap. 5.

Alia eiusdem nominis Icon repertus fol. 367.

Pag. 140. Cap. 6.

Sub vocabulo Synonymo Floitzitzienti exactior Icon adebet fol. 378.

Pag. 141. Cap. 7.

Folium longum pollices tres, latum duos, obscure virent non modo, ut Collega noster ait, ad Clematidem Cruciatam præterit, sed etiam ad Periclymeni speciem referri posset ex Icone, nec minus ex viribus, quam ex effigie Asclepiadis, nisi acrimonia summa prohiberet.

Alio nomine dicitur etiam Techia, ut ab Auctore referitur, cui Techatomac dicta, cuius Icone fol. 441. non videtur absimilis.

Pag. ead. Cap. 8.

Folia lata pollices duos, longa duos cum dimidio, obscure virentia: ex Recchi exempl.

Pag. 142. Cap. 9.

Aliam eiusdem nominis, sed alterius generis cum sua historia repertis fol. 158.

Pag. 143. Cap. 11.

Viribus acris, & natalibus cum reliquis accedere videntur ad Crocodily vires, ut etiam Cohayellae Galeno, sed effigie ad Dipiacum, velutiam Collega noster animaduerit.

Pag. 144. Cap. 12.

Folia lata pollici dimidium, longa pollices septem, Flores Rapuntio similes, latiores quam in Icone ex Recchi exemplar.

Pag. 145. Cap. 13.

Folia longa pollices quatuor, lata duos cum dimidio. Iuli ex viridi-flavo purpurascens, pi- Mecaxi- lo, & longi pollices tres cum dimidio. Radix ex viridi-nigro purpurascit nodosa, fibris albis, chil.

Pag. 146. Cap. 14.

Folium obscurè virent in Recchi exemplar, magis lunatum circa petiolum, Flores pallentes ex Olibanique albo-virent, nec bianas.

Pag. 148. Cap. 18.

Planta Cæsia.

Cæsia
Cæsia

Exibilarans animos intuentium Cyaneus color, sive Cæsus in huius rarissima Planta radice, ab Auctore nostro observatus, qui in nullis alij tam veteris, quam noui Orbis Plantis, quod rara, sciamus, huc usque fuit notatus: ac etiam eximia, & aromatica facultates plures, quas Aucto- noster

noster refert, ut bisce denique verbis concludere voluerit: quamobrem nullæ officinæ hac egregiâ herba carere deberent: ansam nobis præbuerunt illam illustrissimos & Excellentissimo nostro Principe Cæsio dicandi, ac illius cognomine eandem nobilem Plantam decorandi. Sicut enim ista Planta hoc ipso, quoniam in radice huius coloris una præ alijs sumptis priuilegium, dici debet, & haberi rarissima, & è tota herbarum familia in primis obseruari: ita illustris. Cæsio Princeps noster, quoniam iuxta Natales antiquissimos Illustrissimi generum, in quo post regnum, & clarissimum Pontificie dignitatis fastigium, tateri gradus dignitatum, & honorum in belli, & pacis usq[ue] summis, & clarissimis viris, atque etiam vita innocentia, & sanctimonia prefigibus, semper claramerunt, ac præter vulgarem tum exteriorum, cum animi dum excellentem, qua omnem Principem exornare debent, priuatum alia quoque superiora, innumerâ prerogativa accepit, tum id præcipue quod, veluti iam nemini ignotum est, et parum videbatur liberalium artium studia amasse, nobiliores scientias, & disciplinas tractasse, imo omnium naturalium rerum, & hyperphysicarum sapientiam peccore non comprehendisse, nisi barum persequendarum, in aliis quoque corruire amorem non solum, sed & promouendrum novo institutu genere omnibus Principibus admirandum dare exemplum. Vt ita meritissimo Cæsio alter, quasi Louis filius & Languedoc, Cæsia Minerua frater dici possit, si antiquo, mythologico quidem more, laudes exprimere velis, ad quem adò huius verus scribendi causam olim habuimus:

Dux tibi Lynceidum Cæsi, Lynx, Cæsia Pallas,
Cedunt mente, oculis nam tibi cuncta patent.

Ne que hoc tantum Cæsia Planta optimo iure, sed & reliquo quacunque istius ampli volumen, & ipsum Volumen, Cæsium ferre nomen, Cæsum, dici debet, dum nostro Principi Cæsi, sedulitate, magnanimitate, ac liberalitate, studijq[ue] sumptibus, & quidem ingentibus, quibus ipse latè prospicere publico omnium voluit bono: in mortalium manus editum producetur. Parum autem hoc tanto Principi! Plura Lynceorum namque volumina varia, eiusdem liberalitate, ac paterno ergo suos Lynceos offensu, & effetu iam impressa multis abhinc annis per Orbem vagantur, nec liuor, aut inanis latratus obstat, vel minimum, prorsus enim illi post habentur, (s[ed] quosdam habent) multa etiam sub prelo sunt: nullis parci illi expensis, ut ex Lynceorum studijs respublica litteraria iuuet. Quapropter omnes Orbis Vrbes tanto Principi veroq[ue] Mecenati Cæsio, & huiusmodi studij Promotori plurimum fecuti debent, ita eius imitatoribus, eiusque operibus ipsi, nullo modo carere deberent, quod & de Planta ipa Cæsia Recchus Author noster affirmat. Quid autem nos viterius impulerit, ut hanc potius Plantam quam aliam, quæ tyrolo, sive cæsi colore in flore præcipue micaret, affectuq[ue] forsitan gratior videatur, elegerimus tanto constituantur Principi, paucis dicemus,

Caruleo sive Cæsi colore florente plantæ adeo sunt vulgares, ut nullus sit olitor, qui in suo horio, vel saltuum Ciborum non habeat: farioreq[ue] in floribus cyanescere effigiem nullam, quæ nos ad hoc exigitare posset, auctor cognovimus. Hanc etiā non floridam, quod & obijci posset, id ab Auctore nostro potius dubitanter his verbis assertur, & flos, ut aiunt, nullus: quapropter nulla obseruatione contraria existente, quod flore omnino careat, nō deferandū existimatimus, quin florida esse posset, quamvis Cæsium in flore non adit sibi. De Plantis ex Filiceorum, & Capillarium genere, quod flore, & fructu careant, iam diu recepta est opinio, etiam tele Dio- scorde: sed ut maximum medicæ materia Virum illum omnibus præferendum, defendere videamus, cui præcipue mortales omnes debent, & nos priuatim, illud intelligendum existimamus, quod scilicet conspicui, vulgo sent, non quod doctis, & curiosis naturalium indagatoribus sint occulti, & ignoti: Et quamvis Author noster Plantæ folia similia Polypodiij folij minoribus, sed virentioribus posuerit, illud virentioribus differentiam parit, ut non ex Polypodiij, sed ex alterius generi esse posset: ex quo noster doctissimus Collega, ad Acanthi foliorum diuisuram accedere dixit, atque ob id florida Plantæ affinet: sed quod non modo effigie fit Polypodijs similijs, foliorū scilicet diuisura concossa est, sed etiam ipsa substantia, & natura, quod ab Auctore, si ita suis est expressum, & sic ex genere Filiceorum, Floridam, & fructiferam esse abdui Plantam, afferendum duximus, & mirum modum, quod etiam non modo à nobis iam multis abhinc annis est obliter annotatum, sed etiam ab Illustris, nostro Principe Cæsio inter multa alia præclarissima cogitata, & scripta in volumine illo, cui vi nobis relatum, siulus; De Plantis imperfectis, elegantissime atque doctissime differuntur, & demonstratur,

Quid

Quid enim vetat, quod omnium mater Natura plantis tribuerit alio vel alio loco vicerum & satum gerere, & excludere magis, minusq[ue] conspicuum? Et si Russo, Hypoglosso & Lauro Alexandrina flores, & fructus in summo foliorum constituit conspicuos quid rurum; in Filicis & Capillaribus, si in eorum dorso non tam conspicuos, sed paruos adeò nasci volui: quos nulli in his diligenter examine, vel anatomic proposta, à iuuentute adesse animaduertimus. Hoc ab Illustris, nostro Principe Cæsio non modò iam diu obseruata sunt, sed nunc apertius demonstrata parui illius Telecopij adiumento, quod mirum magnaque in modu obiecta, vel minima ob oculos distendit magis quidem, minusq[ue] iuxta artificia præstantiam, & lentiexitatatem, & illius varietatem, imo exigua, vel Atomaria obiecta magna oculis obicit, ut quisque in admiratione incident, ac Polypodijs, & congenere semina Pj, vel Ciceri paria, efficit oculis, quæ arena exiguo grano paria simplicioribus existimantur. Qui autem suo tempore pilosam illam extuberantiam in similibus Telecopio paruo obseruauerit, & flores virescentes magnos, & semina, ut diximus, conspicuas, & insuper in semini umbilicatum partem etiam qua barebat, & alimentum, & incrementum capiebat, clarissime obseruabit, qui absque Telecopio vix nigrum arenulum splendidam conspiciet: in hac scilicet pilosa flauescente in folijs dorso extuberantia bino ordine dispositos corymbos deprehendet quinquagenos circiter flores sine fructus cum seminibus, in singulis. Ex his non imperfectam plantam, sed sua natura dorso param existimandam, & sic per se, si etiam bac nostra planta ex eo est generis, unde & rassisnam ob Cæsi coloris in radice obseruatu, & ob aromatis facultates dignissimam nostræ Principi cognomine decorare maluimus, illique omiuino dicare.

Planta quidem, ut & Theophrastus etiam lib. I. adnotauit, non solum vario loco fructum gerunt, & subiis foliis, quarum plantarum, non inuenimus expressum, an de Capillaribus, & Filicis, ut diximus, intellexerit; quod potuit fieri: ut supra folia, ut de Lauro Alexandrina expressit supra terram conspicuum; sed etiam infra terram occultum, ut deo di telus operat, si quaratu, ut in planta Arachnæ, quæ Amphycarpa etiam dicitur, & obseruata, & descripta fuit à clarissimo Carolo Clusio lib. I. Exoticorum, & à Ioanne Pona in suo monte Baldi italicâ Lingua Venetijs impresso. Et quia locus videtur, addendum censuimus, quod ab alijs: memoria adhuc proditum non est, à nobis autem obseruatum multis, abhinc annis, plantas non modò fructum edere, & perficere supra terram intra mensem bimestre, vel trimestre inter uallum, aut quodui, sed plantam quog; esse, quæ integrum anno vicerū cum fætu gerat infra terrâ obtrutum, nec nisi post annū supra terram proferat, & perficiat. His in planta euenit à nobis Epimedij dicta in nostro Ptytobasano, Epimedium, & vulgo Lunaria racemoſa, quæ Mayo mense exit super partus mil- tariſis. Praeter terram foliis tanū, vel foliis cum racemo etiam, sic enim à terra assurgit, & quæ ab initio caret racemo, illo semper carere est obseruatum; si enim ab initio natam produxit, nec amplius racemum apta est proferre. Et nos obseruamus in quamplurimis Plantis in aquilarum montibus omnes plantas in uno petiolo supra radicem foliculim habere quendam, velutini Plantarum Asi florum exiguum, in quo plantulam exiguum veluti fætum, complicatum extare videntur in foliiculue. Hanc foliculam vicerū vicem gerentem, integrum foliolam tantum, quæ racemo vidua erat post annum proferenda, & quæ racemo, cum ipso exiguo, sed integræ racemo convoluta: & hic mirum Natura institutum! Alias plantas simili modo infra terram vicerū gerere agnoscimus, & suo tempore proferre, sed non anno integræ, & forsitan nec medio, vicerū à noua radicis ipsius extumescens, ut in bulbis quibusdam, in quibus intra bulbum ipsum spicatum caulinum obseruamus suo tempore proferendum.

Pag. 149. Cap. 21.

Huius nominis icon tertia omisita fuit, cuius folia vix apparent serrata, lata pollicis duos cum dimidio, longa tres cum dimidio, crassis dentibus, & inordinatis parum circumscissa, altera parte obsecare virentia, altera candidantia, radice crassâ, obcurè flauicante, cauli ex viridi cendicante. Flores infimis ramulis copiosi, stellati, flauicantes, staminibus fusciis in medio, ex Recchi exemplar. Vide fol. 183. cap. 2. lib. 6. ubi reproposita est, & describitur. Aliæ etiam eiusdem nominis reperiuntur icon fol. 436. cum qualitatibus nota, ex Recchi piccio exemplari de- sumpta, quæ margini aderat.

Pag. 150. Cap. 22.

Huius nominis Tchatlepasilis, alia est icon fol. 442.

Tchatlepasilis
tit.

Pag. 151.

Pag. 151. & 152. Cap. 24. 25. & 26.

Eiusdem nominis Tztacatlis præter descriptas, & depictas fol. 106. & 197. alias varias s. ne histria reperies fol. 450. 451. & 452.

Pag. 153. Cap. 28.

In Recchi exempl. Radix videtur tuberosa, in imo latior, colore flauicante, folia lapata, polices tres cum dimidio, & tres lata.

Pag. 157. Cap. 29.

Tubulosis floribus plantas rariores, atque aspectu iucundiores in nostra 2. part. minus cognit. Stirp. propinquissimis, alteram simplici flore, alteram multifloram. Polyanthos vero degenerare in magis, & minus debiscensibus tubulis, ore scilicet magis biantibus, & barbulis longioribus, alijs vero rotunda, tubuli recifione sine barbulis; atque domesticas gallinas auidè aliorum congenerum simplici flore folia plures sine noxa estasse, obseruauimus.

Pag. 159. Cap. 32.

Vera Atriplex latioribus est folijs sere trigonis, fructu soliaceo, ut alias diximus, viribus se- re contrarijs.

Pag. 162. Cap. 35.

Tricoccos fructus quo notauimus, acrimoniam preditos esse reperimus, præsertim quibus sin- gula semina, ut Thymali, Chamelæa, Ricini, & similiū. Camerarius butus planta iconem exactiore habet.

Pag. 163. Cap. 36.


Dioscorides ad longa Aristochobia speciem refert Clematidem, nec ob radicum longitudinem, sed viticularum Clematidem dici putamus, scutis que proprietate Clematis Planta dicitur. Radix flauicant, & rugosa est. Folia triplicari diametro. Flores videntur punctis obscurè purpureis intus & exarè depicti.

Pag. ead. Cap. 37.

Piperis iconem bacitem elegantiorum, vi Collega notauit, doctis. Clusius expressit, non modo Exoticorum lib. 1. cap. 19. sed iterum in notis ad Garziam cap. 22. At etiam vi- dendus est Christopherus a Costa cap. 17. de Pipere, in quo similitudinem, atque differentiam refert foliorum Piperis, & Betle, quam nobis anno præterito obseruare contingit, munere claris. D. Petri de Valle nob. Rom. supra memoratis; cuius humanitate inter alia Exotica rariores, Piperis, & Betle folia accepimus. Horum folia quanquam inter se magnitudine vix differant, simili modo scandentis arbores scandentibus hærent, effigie, atque alijs non parum disiungi videntur. Piperis enim folia que non tribus tantum, sed quinque nervis per longum folij ferè plantagineis distinguuntur, carnosiora & solidiora sunt folijs Betle, magisq. ad ovalem figuram accedentia, & inde in acutum definentia. Betle vero ijsdem nervis senioribus molliora, & deliciora sunt admodum, & circa petiolam latiora, atque in summo sinuosa, ut ipsius Coni potius quam ullam Oui effigiem exprimere videantur. Piperis folium maius, quod habuitus, latum in medio erat uncias quatuor, & dupla longitudine, quamvis aliqua oblongiora, ac etiam obfora reperiuntur, non tamen in imo ita, ut in Clusijs pictura, sed acutiora circa pediculum, qui non lignosus, sed neruoso est, dimidijs folij longitudine, Piperisq. sapore, si dentibus teratur. Iconem ex ipso folio expressam adiçere voluimus, ut cum ob exiguitatem plantæ arborem scandentis depicta, quedam minus resiliens expressa, in hoc maiore folio curiosus lector magis adspicere possit.

Pag. 165. Cap. 38.

Huius plantæ fructus nulli nostratis plantæ fructui similis est: non Cucumeri asinino; non Col-



Betle & Pi-
peris foli-
rum diffe-
rentia.

Tacuach
stichacea

Coleynshidi, quamvis flore cum dictis, Scammonio & Convolvulus conueniat semine interno cum Apocynis, sed non fructu. Nulli planta à Monardo proposita, nam prima illius Bryonia, secunda Scammonio, & Convolvulus accedit, sicuti tertia magis fyllestris, qua fructum habet cartilagineo cortice convolvulus similem. Quod autem radice suberosa varient non mirum, cum alijs euenniat: quare bucusque sui generis, vel media inter illas esse plantas videri posse. Foliū iconis cum fructu longitudine quatuor pollices aequaliter, latum tres, colore viridis, cœruleo obscuro: fructus ex albo flauisticas obsoletæ. Est & alia icon in Recchi exempl. eiusdem nominis Tlalantilacuacuila pilis, cuius radix crassa est, & carnosa, sed in fibras multas de- Tlalantil-
cavat, colore castaneo pallente, vittula longe nodosa, folia rotunda lunata, fructus veluti ouum, pilis. enchilat-

depictus, colore obscurè vidente.

Pag. 166. cap. 39.

In Recchi exemplar. caules squamosi virentes, folia late bipinnata: Iuli, sive folique, aus fructus ex dilute viridibus flauicantibus punctis notati.

Pag. ead. cap. 40.

Aliam iconem vide fol. 428. Pag. 167. cap. 42.

Radix intortis fibris, colore castaneo. Flores terni in summo ramulorum colore purpurico,

violetaceo, calyx albantes.

Pag. 168. cap. 44.

Si quis nobis rates bulbos acrimonia preditos expeririatur, facile catharticas vires inueniret, Colchico meliores atque innocentes. Graci vim Scille ventrem emolliendi tribuerunt ex bul- baceis, non esculentis, nam Cappa, & Allium bonam facere aluum tradunt.

Pag. 171. cap. 47.

Hirsutis folijs adhuc nobis iniuisa congenitæ, fieri tamen posse arbitramur loci varietate, nam Ciciborum dulce à nobis in nostro volumine propositum in montano natali loco, & frigido birtu- tum est admodum, translatum, & cultum Neapolii omnem hirsutum depulsit, sic etiam in San- guisorba, & alijs obseruatur, & maritima Brassica oleracea. Congenerum vero flores varia- te eleganti obseruauimus, nam alijs sunt longo tubulo, alijs amplio, & patula ore, alijs rubentes, alijs purpurascentes, alijs albi, alijs lutecentes, alijs mixti ex duobus coloribus distincti, in quibus ali- quando alijs magis albiciat medietate, alijs magis rubet, sic alijs coloribus, alijs inscripti lineis, & variegati versicolors.

Pag. ead. cap. 48.

An voluissest Auctior describere plantam vulgarissem nobis, Fior Velluto appellatā ab Her- barijs, ex Caryophyllis hispanica, ignoramus; folijs non parum congeneribus accedit, flore vero se ita sit minus recte depicto; obesi etiam Nasfurij odor. In Recchi exempl. non fuerunt folia omnia depicta in ramulis, sed tantum initia, ubi erant apponenda, quare sculptor etiam bio- mutillam expessit figuram.

Pag. 173. Cap. 50.

Folia dodrantem longa sunt, & lata polices duos. Radice veluti nodosa, castaneo colore di- lato; & flores, qui describuntur vaſculis similes, non sunt expressi, sed tanum Silqua modo, Cibilli, Siliqua bři scilicet in acutum definentes rubentes, & in summo ad luteum vergentes cum virore, & alia minores in summis ramulis virides sunt, ad rubedinem parum inclinantes, nec aliquo modo biant, vel floris imaginem referunt, quare adhuc cuius sit generis nos ignorare fatemur.

Pag. 177. Cap. 51.

Planta proposita, ut ex icone colligi potest, minori speciei similior videtur, qua ab Herbarijs dubius Hyoscyamus dicitur, pallentibus floribus: in alijs maioribus, & vulgarioribus flores ex candido, vel pallente rubescunt. In hac planta, vi Recchi exemplar habet, pallente sunt colore flores, & folia rotundiora in summo, qua in vulgaribus angusta sunt admodum circa flores: Vide Monardum cap. 14. & Clusium, qui in suo Exoticorum volumine duas elegantes icones propositas depinxit.

Pag. 178. Cap. 53.

Potius ad coronarias plantas capitata, vi Stoechadis, Thymi referenda: flosculi depinguntur Tabacu-

ex capitulis prodeentes cerulei, ut in similibus obseruatur.

Tlanoqui-

toni.

Eccc AD

AD LIBRVM SEXTVM.

Pag. 183. Cap. 2.

Recchii exempl. flauicans obfcurè, folia lata pollices duos cum dimidio, longa tres cum dimidio, crassis dentibus inordinatè serrata, altera parte candidantia, flores stellati flaminibus fusi. De hac quoque verba fecimus in lib. 5. cap. 21. ubi due alia describuntur. Vide etiam fol. 436. aliam iconem eiusdem nominis, & facultatis, floribus inter folia in iconibus alijs cum nominibus.

Pag. 183. Cap. 3.

Hac flores habet à leguminosis alienos, quinque partitos, flaminibus intus multis nigris, & filigra oblongum semen unicum continentis, ut ex Recchi exempl. figura colligitur, quare vix inter leguminosas reponenda, non enim omnes planta filigra proférentes leguminose idcirco censeri debere videntur, nos enim potius à flore dijudicaremus.

Pag. 185. Cap. 6.

In Recchi exempl. flores depinguntur coccineo colore ex calycibus virentibus, altero verò ramulo basis coccinea, & flos insidens luteus: forsitan coloris varietatem in flore ostendere voluit. Siliqua seminé flauicante, lanugine candida oblonga dependente referita. Piùlura non habet folia obtusa, nec maiora longitudine pollicum quinque, & latitudine vix digitali: Quare non parum Nericum vel eius speciem, aut congenerem hirsutam plantam folij, ut in filigra Lychnachia dicta obseruatur, in palustribus nocturnis, binis hirsutis folijus referre posset: Nos in Vincia peruvia vulgariter caruleo flore Neapolitana succum lacteum, ut in Asclepiade latum sicut in Nericum amictis Herbarijs ostendimus perpetuò obseruandum, ut ab opinione contraria discederent. Huius nominis Cenana, & repertus altera icon cognomine Tezcoquensis fol. 362. Et altera de Quabunaboac fol. 361. que similes, & congeneres videntur.

Pag. 186. Cap. 7.

Nuillam ex Dioscoride nos Hemioniti agnouimus pennatis folijs, & ignorare fatemur de qua nostrar Autor intelligat, nisi Trichomanes accipiat, quam alto nomine pro Hemioniti acceptum non reperimus: nisi pro Hemioniti Dioſcoridis, Aſſleni delineationem intellexeris folijs Polypodijs. Nam Hemionitiis vera folia lunata Dracunculi modo describuntur (quibus secunda iconis planta magis accedere videntur) & descriptioni respondentia, bina caulis darentia, & reliqua.

Pag. 188. Cap. 8.

Nouum est in Asteribus radices tuberosas dependere, ut in hac planta depinguntur, que analijs Buphtalmicijs sit affinis, difficile est afferere; sed minimè mirum congeneres plantas alias radice fibrosa, alias tuberoſa obſeruari, nam & Peruanum Solis florem ex Indijs tuberosum habuimus, de quo in nostra 2. par. minus cognitar, stirp. verba fecimus, & iconem proponimus: inde alia postmodum obſeruata in hisce Annot. inferius addemus. Et etiam in nostrisibus Gerania, & Ranunculos præferim radice tuberosa, & fibrosa variare, omnibus notum speciemq. Tepetlaxiu. distingue non genus.

Flos Solis Pag. 192. Cap. 17.

Folia longa pollices duos ex Recchi exempl.

Xararo. Pag. 196. Cap. 24.

Folia longa pollices septem, lata unum cum dimidio, & ad Iaceas diellas plantas capitulis, & folijs accedere videntur.

Yelminiqui lizpartis. Pag. 197. Cap. 25.

Huius iconem prætermissam repertis infra fol. 445.

Tepetlaxiu. Pag. cad. Cap. 27.

Huius planta icon, & vires non parum conueniunt Coniza minori Dioscoridis, quam nos Melius Eupatorium diximus. Matthioli minime cognitam, sed Lobelio, & Petro Penæ. Ali illi folia non sunt candida, sed lutescentia potius. Eiusdem supradicta planta nominis variae effigies inter se generare differentes repertis fol. 450. & 451.

Pag. 199.

TAB. COLVMNAE LYNCEI ANNOT. ET ADDITIONES: 879

Pag. 199. Cap. 31.

Folia latiora: & lata pollices duos cum dimidio, longa quatuor cum dimidio.

Nanahuapati.

Pag. 200. Cap. 32.

pasit.

Eiusdem nominis Nanahuapati est icon sine historia fol. 389. quæ minimè huic historia qui respondet.

Ximelotot.

Pag. 201. Cap. 34.

Folia lata pollices duos cum dimidio, longa quatuor cum dimidio ex Recchi exempl.

Pag. ead. Cap. 35.

Ad Cucumeris sylvestris aliud nouum genus referri posset, licet viribus purgantibus, & fructu.

Tlallayen.

sie differat, quia fructus edulis dicitur ab Autore, & semen lanuginosum.

Pag. 202. Cap. 37.

Chilpan.

Digitales appellatae plantæ, ut Lobelius Anglorum experimento referit, non parum facie, & viribus accedere videntur, de quibus in nostro volume cap. de Ephemerio Dioscoridis verba fecimus.

Pag. 204. Cap. 40.

Coyote.

Radix flaua, maculis castaneis, nisi sint cauitates, Folia altero latere dentata, lata pollices duos, longa pollices tres. Fruetus sive folliculi pollicari diametro, sed oblongiores.

Pag. 205. Cap. 42.

Nanacae.

Vinifera vitis folia minimè referre videtur planta depicta, nisi forte magnitudinem non formam referre videatur.

Pag. 206. Cap. 43.

Tezmin.

Folium longum pollices sex, latum dimidio minus. Flores pilosi veluti Amelli, ex flavo rubentes, in Recchi exempl.

Tlacopilox.

Radix castaneo colore diluto, longioribus, & crassioribus fibris elleboraceis, flores in calycibus squamosis, flauicantibus. Cardui mitis species videtur.

Pag. 209. Cap. 49.

Tlacopilox.

Ad Sympbyti petrei species referri posset, ni parum amaresceret; radice castanea, fusco colore, folijs rotundioribus, digitali longitudine sequi pollicem latit in Recchi exempl.

Pag. ead. Cap. 50.

In Recchi exempl. flores calycibus Rute colore rubentes pilosi, radice pallente: folium è regione latius, oblongum, non extenuatum in medio, colore rutaceo.

Pag. 210. Cap. 51.

Chilpan.

An Anthirrini species.

Pag. 213. Cap. 66.

Rhaco.

Huic similem iconem absque historia repertis fol. 398. sub nomine Pocayo.

Pag. 216. Cap. 61.

Quauhco-

Folia longa, & lata quoquo versus pollices quatuor cum dimidio, in Recchi exemplar.

Pag. 218. Cap. 64.

est. Culis

Quia in pappos semen abit non erit ex genere Anethijs, vel Ecbij: propter alias partes similes, aut florem tantum, nisi fructu, vel semine quoque respondeat, ut suo generi, referri posse, vide de his qua scripsimus in nostra minus cognitis stirp. 2. par. cap. 27.

AD LIBRVM SEPTIMVM.

Pag. 226. Cap. 12.

Catalpa-

Flos est cauus, integer, Campanula, vel Trachelij colore carneo, coccinei punctis depictus, & in summo apices tenet saturiores. Reliquis non mulsum abit, sicuti & viribus astringentibus, & exsiccantibus. Ampla huic familia addenda viva fuit rario sequens spectabilis Plantæ.

Planta Cardinalis Barberini.

Inter Rapuntia maximum coccineo spicato flore,

Herba Ca-

rdinalis Bar-

berini.

nalis.

Ecc. 2

nalis.

Ecc. 2

nalis.